



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

ergo communes, q̄ tu subtilis considera & nota.

- 3 Fallit in iudiciis habitis ante inquisitionem, quia iudicantur pro informatione curiæ d. potestatis, de quibus alicui dari non debent, ut Ange. in l. quæstionis. ff. de quæstion. & Bar. in l. si in fin. eod. tit. & ibi etiam Saly. in fine Alex. in consi. 180. in causa angelorum. col. 3. uol. 2. nu. 8. Corn. consi. 68. aliquandiu. uol. 2. uerf. coadiuuatur nu. 6.
- 4 Fallit in positionibus consistentibus in facto proprio, quarum copia aduersario non datur. sed illico respondere tenetur. ut sing. Bal. in l. 2. C. ut lite penden. in ultimo not. 2. col. & Deci. in l. i. nu. 22. C. de edend.
- 5 Fallit in fisco, contra quem non fit editio, actorum ut. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci & ibi glo. magna. circa fin. & D. Alex. & Deci. in d. l. i. nu. 23. C. de eden. & fiscus non est priuilegiatus. nisi quatenus de iure reperitur expressum. ut Deci. in l. iustum. nu. 2. C. de edend. glo. no. in l. Item ueniunt. §. in priuatorum. in uerf. publica. ff. de p̄ hæreditat. q̄ not.

REGULA CXIII,

- 1 Notoria probatione non indigent, secundum Bal. in consi. 229. nu. 5. uol. i. Alex. consi. 145. iij. col. nu. 12. uol. 6. Aret. in consi. 164. uol. l. Barbarius. ff. de offi. prætor. & l. i. C. qui & aduer. quos max. in notorio actus permanentis. Innoc. c. per tuas de test.
- 1 Fallit in notorio extra locum, quia illud probari debet. ut Saly. in l. ea quidem de accusat. C. nu. 90. & c. pudenda 24. q. i & c. præsentium 17. q. 4. nam iudex in uniuerso populo non potest sine sinistra suspitione iudicare. ut l. si uicinis. C. de nupt.
- 2 Fallit etiam in notorio actus transeuntis, quia illud probari conuenit. secundum opin. Saly. in d. l. ea quidem. nu. 77. C. de accu. glo. in c. ad nostram noueris de iureiurand. & late dixi in tract. meo crimin. in princ. nu. 32. uerf. & nota q̄ longa.
- 3 Fallit etiam in notorio facti interpolari, ut doct. in c. diocesi.

diocesi. in glo. in uersu. manifestos, de usur. & ij. q. 3. c. eorum in fine, & Saly. in d. l. ea quidem. nu. 79.

4 Fallit etiam quando dubium est, an sit notorium, uel ne, quia in re ambigua debemus accipere partem tutiorem. uulg. l. semper. in obscuris. ff. de reg. iur. glo. ij. in c. i. de off. deleg. in 6. Marf. in rubrica. C. de probat. nu. 240. & pars in notorijs citari debet, & notorium pluribus modis probatur, per instrumentum per rei euidentiam, per duos testes, per confessionem, per sententias per aspectum iudicis sedentis pro tribunali. secundum Bar. in l. scriptas ff. de relig. & sumpt. fun. Deci. in consi. 423. nu. 13. Abb. in c. cum olim de censibus. Deci. in c. at si clerici. nu. 143. de iudic. pro ut late dixi in tract. meo criminal. ad offensam. nu. 34. in princ.

5 Fallit etiam in crimine notorio, ubi absque alia sententia procedi potest ad executionem pœnæ secundum Deci. in c. at si clerici. num. 142. de iudic. tex. cum glo. in l. actus fustium. ff. de iis qui not. infam. & c. uestra de cohab. cler.

6 Fallit etiam in facto mere negatiuo, ubi notorietas nõ cadit, secundum Bar. in l. si constante. ff. sol. matr. licet aliqui doct. teneant id contra Bar. ut Ias. ibi nu. 151. & Albe. Castr. & alii. ut puta talem non esse soluendo. talem nihil habere, uel talem esse inhabilem ad aliquod officium, aut esse inopem, contrarium esset probandum. cum per rerum naturam negatis factum nulla sit directa probatio. uulg. l. actor. C. de probat. cum multis infinitis.

REGULA CXIII.

1 Nocendi animum habens, si peruenit ad actum exteriorem, licet effectus non fuerit sequutus. An pœna ordinaria puniri debeat. Legistæ examinât hanc difficultatem in l. is qui cum telo. ff. de sicca. & si quis non dicam. C. de episcopis & cler. cano. in c. sicut noxius de præsump. Abb. in c. 1. de eo qui mit. in possess. & ibi etiam d. Card. hoc est, an conatus puniatur non sequuto effectu, hæc notab. regula multas patitur limitationes, quas not.

I 3 I Fallit